

- part. 5. & decis. 74. num. 8. part. 6. prout etiam  
 12 a subsequenti prohibitionem alienationis, \* quæ  
 magis est attendenda, & plus influit in concessio-  
 ne, quam faciunt clausulæ generales Dec.  
 consil. 171. num. 3. vers. 4. & ult.
- 13 Clausula, in perpetuum, \* intelligitur quoad  
 tempus, & numerum descendendum, non quoad  
 qualitatem successorum, ut etiam extranei succe-  
 dere valeant, Joan. Andr. ad Specul. tit. de Locat.  
 §. Nunc aliqua. Bald. in autb. si quas Ruinas post  
 princ. C. de sacros. Eccles. Anchar. consil. 126. Ceph.  
 conf. 400. n. 21. vers. Et dictio.
- Pañum de solvendo laudemium, nec illud  
 facit conjecturam comprehensionis extraneorum,  
 quia ut in prima decisione R. P. D. mei Bichii  
 responsum fuit sub §. *Eo minus in fin.* illud res-  
 tringitur, siue declaratur a subsequenti illa clau-  
 sula *juxta juris dispositionem*, quæ operatur, ut in-  
 telligi tantum debeat in alienationibus à Jure  
 permissis, & ita in illis, quæ fiunt inter com-  
 prehensos in investitura. Rota coram Seraphin.  
 decis. 1290. num. 12.
- Non obstat, ut ex eo quod tempore concessio-  
 nis factæ Angelæ ipsa reperitur in ætate septua-  
 genaria, \* & consequenter destituta esset omni  
 14 spe procreandi filios naturaliter, inde inferatur  
 etiam habuisse mentem, ac intentionem acqui-  
 rendi non pro hæredibus, & successoribus fan-  
 guinis, sed pro hæredibus, & successoribus bo-  
 norum. Quia ad hujusmodi interpretationem capi-  
 endam, & ad effectum recedendi à proprietate  
 verborum, & natura contractus non sufficit mens,  
 & intentio unius ex contrahentibus, sed consistere  
 debet de mente utriusque, ad firmata per Mant.  
 de tacit. lib. 3. tit. 4. n. 21. In proposito autem casu,  
 mens Monialium nequaquam in hoc concurrere  
 potuit, quia cum nullam de ætate, ac qualitate  
 personæ Angelæ notitiam haberent, prout de  
 hoc evidenter constat: Nam sibi specialiter cave-  
 runt, quod Procurator Angelæ teneretur exhi-  
 bere justificationem, quod esset soror Andreæ,  
 & non Monialis, utique non potest ex dicta qua-  
 litate, Monialibus prorsus incognita, præterdi  
 recessus, pro earum parte, à natura contractus.  
 Mant. de tacit. d. tit. 4. nu. 28. Cald. de emphyt.  
 lib. 2. quæst. 24. num. 4.
- Denique non obstat (quo admissio etiam) ut  
 ultima concessio dici posset, facta ex pacto, &  
 providentia, & pro hæredibus, & successoribus  
 sanguinis tantum, adhuc ex quo prima anni 1550.  
 præteritur hæreditaria, & quod hæc posterior  
 fit illius renovatio, \* Ideo ejusdem naturæ, &  
 15 qualitatis esse præsumatur. Rota in Callien. bono-  
 rum 24 Januarii 1648. coram me, & in Ravenna-  
 ten. Domus 17 Martii 1651. coram Rev. Terraci-  
 nen. Domini enim circa hanc non de novo obje-  
 tam, sed repetitam exceptionem transferunt, cum  
 responsione jam data in præcedentibus decisio-  
 nibus, quod dum posteriores concessionem factæ fue-  
 runt, non ex causa lineæ finitæ, sed caducitatis in-  
 cursæ ob non solutos Canones; Imò post rei  
 16 devolutæ incorporationem, \* ac illius possessio-  
 nem à Monialibus apprehensam, inde fiat, quod  
 dictæ concessionem dicantur omnino novæ, ac  
 prorsus à prima independentes juxta *distinct.* Bero.  
 consil. 112. nu. 3. & 4. lib. 1. Rot. in Portuen. Stagni  
 10 Junii 1641. §. Nec refragatur, versicul. Nihilomi-  
 nus, coram bon. mem. Cardin. Panzirolo.
- Idque tanto facilius attentis novis pactis in  
 posterioribus concessionibus appositis: Ibi enim  
 legitur facta concessio, non de nudo situ, sed de  
 domo superædificata. Ulterius conventum fuit,

- quod concessio haberetur pro non facta, qua-  
 tenus Angela esset Monialis. Item quod sol-  
 veretur Laudemium, & augetur Canon. Præ-  
 terea quod per solam moram biennii in solven-  
 do incurreretur caducitas, & in casum contra-  
 ventionis, liceret Monialibus domum, unà cum  
 melioramentis, propria auctoritate vindicare;  
 Rursus Investitura in his posterioribus concessio-  
 nibus, legitur simpliciter concepta pro hæ-  
 redibus, & successoribus, absque dictione cæ-  
 terata, & pacto francandi, quæ in prima adje-  
 cta fuerunt. Hæc namque pacta, & conventio-  
 nes novæ, ex quo plerumque respiciunt nedum  
 accidentalia, sed ipsam substantiam rei, & con-  
 tractus emphyteotici efficiunt, ut investitura non  
 à prima dependentiam habeat, sed prorsus sit  
 nova, \* quamvis sub illius commemoratione  
 emanaverit, & sub expressa remissione caduci-  
 tatis, ut firmatur in decis. R. P. D. mei Verospii  
 sub §. *Et licet vers. novam, & §. neque, & in utra-  
 que decis. R. P. D. mei Bichii, & signanter in 2.  
 sub §. Quapropter*, ubi ulterius declaratur remis-  
 sionem caducitatis, tunc esse momenti ad exclu-  
 dendam novitatem concessionis, quando non ad-  
 sunt nova pacta, \* secus si (prout hic) nova pacta  
 18 substantialia adjecta fuerint: Nam tunc nedum  
 censetur nova concessio. Bald. in l. 1. nu. 4. post  
 med. vers. nisi nova investitura. ff. de rer. divis.  
 Oldrad. cons. 178. n. 2. vers. videtur etiam, Surd.  
 cons. 440. n. 50. & seqq. Afflicti. dec. 112. n. 15. Rota  
 in Portuen. Stagni 16 Decemb. 1641. §. Nec visum  
 coram bon. mem. Card. Panzirolo, ut imò recipiens  
 emphyteusim \* cum novis pactis, censetur priori  
 19 renunciante, ex tradit. per Burfatt. cons. 251. n. 3.  
 & 4. lib. 3. aliisque ibi allegatis firmat Dec. in d.  
 Portuen. Stagni 10 Junii 1641. coram eod. bo. me.  
 Card. Panzirolo, quod etiam procedit, si nova  
 concessio concepta reperitur per illa verba *pro-  
 rogamus, extendimus, &c.* Quia in tali quoque  
 casu ex adjunctione pactorum substantialium cen-  
 seretur mutata substantia contractus, cum talis  
 novitas pactorum \* novam emphyteusim consti-  
 20 tuat, ut in his terminis firmavit Rot. coram Ca-  
 putaq. decis. 17. part. 2. coram Seraphin. decis. 1362.  
 n. 3. & seqq. vers. Quia magis inspicimus, & dec. 160.  
 nu. 9. part. 2. divers. Modern. Fulgin. tit. de con-  
 tract. emphyt. qu. 9. n. 12.
- Præterea intrare quoque visa fuit Domini  
 devolutio, nedum per deficientiam lineæ Ange-  
 læ, sed etiam per obitum prius secutum Andreæ  
 Calandræ, secundo loco investit absque filiis,  
 non refragante quod Angela esset illius soror,  
 quia cum investitura non esset ad extraneos trans-  
 missibilis, \* non poterat illa dici sub ea compre-  
 21 hensa: Nam appellatione hæredum sanguinis  
 veniunt tantum descendentes, & non transver-  
 sales, Rota in d. Caietana bonorum 3 Decemb. 1646.  
 coram R. P. D. meo Cerro, §. *Iustitia verò*, ubi  
 plures aliæ cumulantur autoritates.
- Neque Angela juvari posse visa fuit nova  
 concessione, ad sui favorem facta, de anno 1612.  
 Nam cum utrumque requisitum, tam solemnita-  
 tis, quam Causæ, omnino necessarium, in no-  
 va concessione \* rei Ecclesiasticæ ibi deficiat, 22  
 utique illa minimè sustinetur. Dec. in Auth. qui  
 rem nu. 22. & ibi Cagnol. n. 58. C. de Sacros. Ec-  
 cles. Clar. in §. emphyteusim qu. 6. vers. si est tamen,  
 & qu. 28. vers. aut verò, & in §. feudum quæst. 13.  
 Rot. in recent. decis. 176. num. 42. cum sequentib.  
 part. 5. recent.
- Hujusmodi autem Beneplacitum Apostoli-  
 cum \* præsumi neque potest ex lapsu temporis, 23  
 quia

- quia deficit observantia, quæ copulativè cum tem-  
 pore requiritur ad hujusmodi præsumptionem in-  
 ducendam, Rota coram Coccino decis. 301. n. 2, & 3,  
 & in Pamplonen. Juris nominandi Vicarium 14  
 Dec. 1648. coram Emin. Card. Otthobono, §. Beneplaci-  
 tum verò & in Ravennaten. Domus 14 Junii 1649,  
 cor. Rev. Tarracon. §. Nec hujusmodi. Ultra quod  
 24 hujusmodi præsumptio \* sublata fuit per Constitu-  
 tionem 158. fan. me. Urbani VIII. præservativam  
 jurium Ecclesiæ, Rota in Tiburtina Afflictus 19 Junii  
 1648, §. Neque prodesse coram Eminentiss. Card.  
 Corrado, & in d. Ravennat. Domus 14 Junii 1649,  
 coram Rever. Tarracon. §. Nec hujusmodi confir-  
 mata 17 Maii 1651, coram eodem, §. præsumptio.  
 At semper pro exclusionem, atque irrelevantiam præ-  
 sumpti Beneplaciti Apostolici viget ratio, quæ  
 25 deducitur ex defectu causæ, \* quæ cum debeat esse,  
 vel necessitatis, vel evidentis utilitatis Ecclesiæ,  
 cessat in proposito casu, dum Domus annui redi-  
 tui scut. 100. & ultra fuit concessa in emphyteu-  
 sim pro solo annuo Canone scut. octo tantum.  
 Rota in Rom. domorum 18 Febr. 1659, coram R. P.  
 D. meo Bichio, & comprobavit 2. decisio hujus  
 causæ, emanata coram eodem sub §. finali.
- Denique pro clariori, & incontrovertibili con-  
 trovertæ domus devolutione, considerabant Do-  
 mini, quod admissio non tamen concessio, ut dici  
 posset, concessionem factam Angelæ fuisse vali-  
 dam, atque etiam ad extraneos transitoriam, ad-  
 huc semper intraret devolutio, ex illius transmissio-  
 26 ne ad manum mortuam, \* mediante universali  
 institutione sibi facta de Hospitali B. Mariæ de  
 Caravaggio contra expressam juris prohibitionem  
 c. 1, de alien. feud. & ibi Afflicti. in princ. n. 4, &  
 5. gl. in c. potuit verb. prohibetur, & ibi Abb. n.  
 10, & regulare est, quod bona Ecclesiastica \* non  
 possint ad manus mortuas devenire, Burfatt. cons.  
 199, n. 42, vers. 3. Rota coram Greg. XV. dec. 520.  
 n. 11, ibique Add. n. 14, nec etiam per viam insti-  
 tutionis, Rota in recent. dec. 211, n. 20, p. 6, rec.  
 præsertim resistente etiam peculiari Conventione  
 in investitura appositâ, quod nec ipsa Angela  
 succederet, si esset Monialis, ut ponderavit etiam  
 prima dec. R. P. D. mei Bichii, §. Ex quibus.
- Non obstat demum si præterdatur, quod Mo-  
 niales per receptionem quinquennii, ac Canonum  
 censeantur, talem institutionem ad favorem Hos-  
 pitalis factam approbasse; quia Canones recepti  
 28 fuerunt à Priorissa, \* vel Procuratore, qui Monia-  
 libus præjudicare minimè potuerunt cap. veniens.  
 & ibi DD. C. de transact. Honded. consil. 55, n. 25,  
 lib. 1, Burfatt. dec. 601, n. 9, Multò magis deficiente,  
 tam solemnitate Beneplaciti Apostolici, quam cau-  
 29 sa utilitatis Ecclesiæ, \* quorum utrumque pro va-  
 lidanda in tertium alienatione domus emphyteoti-  
 cæ concurrere debuit, ut præter superius allega-  
 tos firmavit Rota in Foro Sempronien. seu Eugu-  
 bina bonorum 4 Martii 1641, coram Rev. Tarra-  
 con. & in Cervien. bonorum 23 Martii 1648, coram  
 Rev. Tarraconen.  
 Et ita, &c.

## DECISIO XCVIII.

R. P. D. VEROSPPIO.

Romana Dotis.

Veneris 19. Junii 1654.

SUMMARIUM.

- 1 Solutiones in causam fructuum cedunt, & n. 4.  
 2 Dotis nomen uti juris sortem, & usuras compre-  
 hendit, solutio non obstante fideicommissio ste-  
 ri potest, n. 7.

Decisiones ad Tract. de Alim.

- 3 Actus successivus à præcedenti mandato debet re-  
 gulari.  
 5 Præsentia elidit ignorantiam.  
 6 Calculus inter diversas personas initus non pro-  
 bat observantiam.  
 8 Liquidatio non requiritur ubi ex computo arith-  
 metico quantitas dignoscitur.  
 9 Interpellatio non requiritur, ut consequantur  
 fructus dotis à promissore.  
 10 Procurator ad exigendum solutiones, non plus  
 in causam sortis, quam fructuum accepto fer-  
 re potest.  
 11 Hypotheca jam constituta debitor non præ-  
 judicat.

DOS in scutis 13. mil. à Patre constituta Victo-  
 riæ, & in eadem successivè summa tributa con-  
 grua, coram me decreta fuerat verum cum ob evi-  
 ditionem super eadem dote in scut. 7000. ab anterioribus  
 creditoribus passim pro iterata illorum solutio-  
 ne instaretur scuta 1512. quæ Procurator Victo-  
 riæ de anno 1596. prævio mandato de consignando,  
 à sacro Monte pietatis exegerat, necnon etiam  
 pluribus sequentibus vicibus alia scuta 695. ab ea-  
 demmet Victoria ad dotis computum recepta D.  
 Marchio de Maximis credito sortis adscribenda esse.  
 At D. Vitellius Creditor ejusdem dotis in fructus  
 pro summa longè majori tunc temporis decursos  
 contendebat impetanda. Ad utriusque proinde partis  
 instantiam. Dubium hodie proposui, pro qua vi-  
 delicet summa mandatum debeat relaxari, & pro  
 integra scut. 7 mil. relaxandum esse hodie Rota de-  
 crevit, innixa regulæ juris adscribentis solutiones \*  
 1 exactioni fructum quoties causa ibidem expressa  
 non fuerit, ac dubitationem consequenter admit-  
 rat, de qua in l. 1. Cod. de solut. & notant ibi post  
 Gloss. Bart. n. 9. cæterique communiter i. in his, §.  
 Imperator, ff. de solut. Cald. cons. 4. & cons. 9, n. 1,  
 de usur. Surd. cons. 290, n. 61. Ruin. cons. 136, n.  
 14, lib. 4, & cons. 162, n. 27, lib. 5, cum aliis re-  
 latis per Modern. Rom. discept. c. 224, n. 31. Ro-  
 ta decisione 403, n. 16, part. 5, recent.

Dubiam verò exactioem in casu proposito arguit  
 quietantia Procuratoris, dum idem scuta 1512.  
 recepit nomine Victoriæ, ad computum dotis sine  
 præjudicio residuæ dotis, quippe nomen uti no-  
 men juris, \* speciem utramque sortis, ac fructuum 2  
 includit, secundum Bart. in l. item veniunt, §. Item  
 non solum n. 3. ff. de petit. hæred. Surd. de alim. tit.  
 8. privil. 49, n. 1, Rota in Romana fructuum dotis 15  
 Nov. 1596, coram bon. mem. Orano impress. post Fen-  
 zon. ad stat. Urb. decis. 85, §. nihil etiam obtinere, &  
 in Janu. separationis Thori 22 Junii 1650, in §. pon-  
 deratum etiam coram Rev. P. D. meo Melio, à qua  
 postrema decisione licet Rota recesserit, recessus  
 tamen exinde processit, quòd speciale mandatum  
 non poterat sub altero sortis includi, non tamen  
 conclusionem præfatam in dubium revocavit.

Dubia pariter exactio exinde convincitur, quod  
 solutio facta fuit de pecuniis ab A. canio de Maxi-  
 mis depositis ex pretio Rocce Sicce, eidem à Pom-  
 peo fratre Victoriæ distractæ ad effugiendam im-  
 minentem subhastationem virtute executionis habitæ  
 super eodem Castro ab ipsa Victoria in vim manda-  
 ti executivi reportati pro sorte, & fructibus suæ  
 dotis, dum enim in utramque causam præcesserat  
 executio, ad utramque proinde speciem fructuum,  
 ac sortis referri potest subsoluta solutio, cum effe-  
 ctus à præcedenti causa declarationem assumat,  
 prout etiam actus \* successivus à præcedenti man-  
 dato debet regulari, ut probat text. in l. emptor, §.  
 hujus, ibique not. Bart. n. 3, ff. de pact. & in l. cum  
 ex pluribus in princ. ff. de solut. Jas. cons. 171, col. 3.  
 prope finem, vers. 2, facit lib. 2, Aym. cons. 407, n. 30,  
 Alex.



Alex. conf. 11, n. 3, cum seqq. lib. 2, Parif. conf. 20, n. 77, vol. 1, Surd. conf. 418, n. 11, & dec. 93, n. 15.

Hanc præterea solutionem in causam duntaxat fructuum cessisse demonstrat observantia subsequente, successivis namque temporibus à Pompejo Fratre Victoriæ, qui uti proximior interfuit mandato procuræ, cuius virtute processit exactio, Creditrix agnita fuit integræ dotis eidem, postmodum persoluta in vim sententiæ in iudicatum prolapsæ: \* Talis enim observantia imputationem antecedentis exactionis in sortem excludit, sed in causam fructuum favendorum arguit ad text. in l. cum de in rem verò, in sine, ff. de usur. aliisque relatis iuribus in Romana pecuniaria 18 Junii 1646, in §. Præterea visa fuerunt coram Emin. D. Card. Corrado.

Neque præfatam observantiam edidit allegata ex adverso ignorantia in persona Pompei Fratris Victoriæ. Hanc quippe edidit ipsius præsentia mandato procuræ expedito \* per Victoriæ ad exigendas pecunias ab Afcancio emptore Castri depositas, ut not. Doctores in cap. 3, loco, ubi inter cæteros Felin. n. 7. dec. n. 44, de prob. Ruin. conf. 145, n. 2, ad fin. lib. 5, Parif. conf. 162, n. 14, cum seqq. lib. 4, Rota coram Greg. dec. 315, n. 7, & 8, necnon etiam arcta sanguinis conjunctio ad arguendam scientiam bene perapta, juxta text. in l. octavi, ff. unde cognat. Alex. conf. 163, n. 6. lib. 2, Parif. conf. 23, n. 219, Gozad. conf. 88, n. 14, Surd. conf. 87, n. 28, lib. 1, Rota coram Seraph. decif. 1485, n. 3, & coram Buratt. dec. 427, n. 10.

Non etiam eandem observantiam evertit contraria pro parte Marchionis deducta, ex calculo inter partes inito, de anno 1604, quo inter solutiones dotis fructibus ibidem assignatas descripta non legitur controversa summa scutorum 695, ab Afcancio Victoriæ persoluta. Præfatus enim calculus non respicit fructus debitos ab hæredibus Lælii Patris Victoriæ de Maximis, sed eos duntaxat à Victoria Oliva præstandos Pompejo, occasione fructuum dotis eidem promissæ, & pro rata scut. 7 mil. cessæ Victoriæ de Maximis adeoque initus \* inter personas diversas, ad probandam contrariam observantiam inefficax reputatur per text. in l. sepè, ubi Bart. n. 1, cæterique Doct. ff. de re jud. Surd. conf. 262, n. 65, Aym. conf. 206, n. 1. Rota coram Greg. decif. 535, n. 4, & dec. 208, n. 7, p. 1, rec.

Hinc non urget altera exceptio, quod fideicommissariis successivè vocatis, ipsemet Pompejus præjudicium aliquod inferre nequiverit ex solutione integræ dotis, quatenus indebita foret; cum nulum fideicommissariis præjudicium irrogaverit, dum ex supra deductis non probatur indebita, sed potius agnita ab ipso veritas desumatur, cuius virtute potuit ad solutionem integræ \* fortis, non obstantem fideicommissum, devenire, juxta text. in l. Marcellus, §. resque, ubi Bart. in princ. ff. ad Trebell. Cephal. conf. 13, n. 25, & conf. 47, n. 22. Becc. conf. 100, n. 6, Aym. conf. 215, n. 4, Soci. conf. 16, n. 13, cum seq.

Non obstat quod dotis fructus, sive ex defectu liquidationis seu interpellationis non secutæ contra debitorem, nec proinde morosum, viderentur tunc temporis indebiti, nec extractioni obnoxii, siquidem certa fructuum quantitas fuerat in promissionem deducta, \* quæ ex computo Arithmetico poterat absolute dignosci, nec ulteriori proinde liquidatione egebat, ad tradita per Castr. in l. 2, n. 113, C. de jur. emphyt. cuius auctoritatem sequitur Rota cor. Caval. dec. 323, prope finem, & in decif. 620, part. 3, & dec. 576, n. 3, p. 5, recent. Interpellationis verò necessitas in proposito casu cessabat, ex quo quæstio vertebat contra promissorem dotis, \* ac ipsius hæredes morosos in solvendo mulieri per statutum exclusæ, quidquid dicendum

foret, si ageretur contra hæredes viri, in quibus duntaxat viget necessitas interpellationis, ut dicit Rota in Rom. fructuum de vellis 10 Nov. 1600, coram Litt., & in Rom. fructuum dotis 19 Jan. 1595, & 15 Novemb. 1596, coram Orano, cæterisque relatis in Romana Salviani 4 Decemb. 1645, in §. respectu verò, vers. nec ulla coram me.

Aliqui etiam ex DD. ponderabant in procuræ mandato ab ipsa Victoriæ, nullam fuisse causam expressam, in qua fieri deberet exactio, ideoque Procuratorem \* eam forti potius, quam fructibus adscribendo sine mandato speciali, ipsi præjudicium irrogare non potuisse, ut advertit Jaf. in l. Præses, n. 12, C. de transact. Alex. conf. 22, n. 8, & 9, lib. 1, Add. ad pract. Papien. tit. posit. actis, §. Simoninus, n. 1, & 2, vers. aut positiones, Monter. decif. Arag. 38, n. 24, coram bon. mem. Merlino decif. 414, n. 12, & in Romana, seu Velierna Afflictus 13 Jun. 1653, in §. non obstat quod Marcellus coram R. P. D. meo Bichio.

Denique obesse non visa fuit objectio, ut fructus dotales detrahi nequirent ex Castro Rocchæ Siccæ jure peculiaris primogenituræ Pompejo prælegato, quoniam Lælius pater, dum ad fructus dotales se antecedenter adstrinxerat, non potuit, Castrum Pompejo prælegando, præjudicium inferre Victoriæ, quæ illud cum cæteris bonis Patris, vinculo hypothecæ \* retinebat obnoxio, ad text. in leg. filius fam. §. Divi, ubi Jaf. n. 11, ff. de leg. 1, l. Pater filium, in princ. ff. de leg. 3, l. 1, ubi glof. C. de tit. vend. pign. imped. non posse. Peregr. de fideic. art. 35, n. 8, vers. quia alias, & art. 39, n. 18, Panz. conf. 60, n. 5. Et ita, &c.

## DECISIO XCIX.

R. P. D. PRIOLO.

Avenionens. Legitimæ.

Veneris 30 Aprilis 1655.

## SUMMARIUM.

- 1 Aegidiana ex quibus intret.
- 2 Sententiæ validitas ex revolutione processus deditur.
- 3 Mandatum præsumptum ex productione jurium resultat. Ex scientia principalis actorum à Procuratore præsumitur, n. 4.
- 4 Præsumptum sufficit etiam objecta protestatione neminem audiri sine mandato, n. 5.
- 6 Pronomen suam, debitum præ se fert.
- 7 Demonstratio falsa non vitiat legatum. Declara, ut n. 8.
- 9 Legitima quando censeatur legata, & n. 10.
- 10 Matri binubæ non debetur in proprietate, n. 13.
- 11 Dotis integræ legatum à marito uxori relictum intelligitur de soluta. Declara, ut n. 12.
- 14 Testamentum supervivens qui non mutavit, cum eo decessisse præsumitur, & n. 15.
- 16 Rim. sen. conf. 123, n. 22, & seq. declaratur.
- 17 Divinatio in præscrutanda testatoris voluntate, non admittitur.
- 18 Testator quod plus relinquat uxori, quam matri est absurdum, & n. 19.
- 20 Legatum in dubio non censetur revocatum. Et de ratione, n. 21.
- 22 Instantia de jure canonico est perpetua, & n. 23.

**C**oncessa per sententiam Rotalem immissione Annæ de Beau, & Gabrieli Fresquier conjugibus, pro legato legitimæ per Franciscum de Anrieti relinco Magdalenzæ ejus matri, ac dictorum conjugum Aucrici.

Appellavit Ludovicus de Berton Dominus de Griglion

Griglion Adversarius, & commissâ mihi causa per signaturam cum clausula confitio, An sit locus Aegidiane, proposito hodie dubio Domini affirmativè responderunt; quia sententia lata fuit in iudicio possessorio inter personas \* Laicas ac super re prophana, & est valida, & iusta, quibus concurrentibus regulariter intrat Aegidiana, ut dixit Rota coram Cardinali Seraphino decifione 603. n. 1, coram Jan. me. Gregor. decif. 491, & in recent. decif. 324, n. 3, part. 2, & 305, n. 10, & 13, part. 6, & coram bon. me. Merlin. decif. 11, n. 1, & sæpè in aliis.

Validitas apparet ex revolutione processus, in 2 quo fuerunt \* servata omnia servanda, juxta vulg. decif. Caputaquen. 262, part. 2.

Nec relevat defectus mandati procuræ in persona Procuratoris, qui dictam sententiam obtinuit.

Quia tollitur obiectum; tum ex iurium productione ex qua \* resultat mandatum præsumptum sufficiens pro validitate sententiæ, ut dixit Rota decif. 195, nu. 6, part. 4, & decif. 162, nu. 4, p. 7, recent. & coram bon. memo. Merlin. decif. 62, nu. 2. Cum etiam, quia acta facta ab eorum Procuratore, fuerunt facta præsentem in Curia dicto Gabriele de Fresquier, altero ex principalibus, \* qui expensas necessarias Notario causæ persolvit, ac propinam pro citatione ad sententiam ab eodem Procuratore reproducta deposuit, Rota decif. 166, sub n. 2, vers. cum præsentem, & decif. 536, n. 5, part. 4, recent. Gregor. decif. 44, n. 2, ubi Adden. n. 9, & in Romana Domorum de Cecchinis 14 Junii 1647, §. quo verò coram Emin. D. meo Cardinali Othobono, & in Cracoviens. Præpositura 13 Febr. 1651, coram R. P. D. meo Bichio, §. 1, vers. nec Sigismundus.

In nihilo refragante, quod Procurator Ludovici Adversarius fuerit protestatus, nomen ex adito audiri, nisi docto de legitimo mandato procuræ, cum clausula ita quod, quia hujusmodi protestatio eliditur ex mandato etiam præsumpto, ut per Adden. ad Buratt. dec. 296, n. 9, & dec. 592, n. 14, & latè firmatum fuit in Romana Cambii 9 Junii 1649, coram bon. mem. Arguelles §. His tamen; & ulterius, cum non fuerit repetita in quolibet casu, nihil operatur, Caval. decif. 423, n. 7, & seqq. Merlin. d. decif. 68, n. 5, cum aliis per Adden. ad Buratt. d. dec. 296, n. 10.

Iustitia verò liquet ex decisionibus in hac causa editis coram R. P. D. meo Peutingerio sub diebus 17 Novemb. 1653, ac 10 Januarii, & 22 Aprilis 1654, in quibus firmatum fuit, legitimam à Francisco matri legatum deberi, non attempta supervenientia filiæ, cum appareat, Testatorem eam reliquisse, non ut debitam, sed ut volitam, ex plenè deductis in eisdem decisionibus, quarum fundamenta Dominis placuerunt.

Nec obstat, quod Testator eam reliquerit cum adjectivo suam, ibi: Reliquit suam legitimam, quod pronomen, suam, \* debitum præ se ferre probat gl. in l. placuit, verb. suum, ff. de jur. fisci, Rebuff. in l. Pupillus, §. verbum suum, vers. suum, id est debitum, ff. de verb. signif.

Quia cum verlemur in legato quantitatis, estò quod Testator expressè legaverit legitimam debitam, adhuc legata sustinetur, \* licet illa quantitas verè non debeat, cum falsa demonstratio non perimat legatum, ut ad litteram probat textus in leg. si sic legatum 78, §. si mihi, ibi: Si decem quæ Titio debeam legavero, nec quicquam Titio debeam non perimit legatum, ff. de legat. 1, l. legavi Titio 26, §. contra autem, vers. quod si non fuit, ff. de liber. legat. l. 2, C. de fals. caus. adject. legat. in §. le-

Decisiones ad Tract. de Alimentis.

gatum, §. 59, sub n. 3, vers. Sin autem, ubi quod est communis opinio. Surd. dec. 161, n. 27, Sels. decif. Aragon. 31, n. 6, cum aliis adductis in decif. §. imò enim, & seq. ubi declaratur, contrariam opinionem procedere, quando in legato \* non est expressa certa quantitas, & Testator in genere legavit, vel quod ipsi debet, vel tertius, aut legatarius ipsi Testatori debet, quo casu ob incertitudinem, & non existentiam rei legatæ in rerum natura legatum corrumpit, juxta text. in l. 3, C. de fals. caus. adject. legat. §. sed si uxori insit. de legat. ubi Picard. n. 3, cæterique allegati in dicta prima decifione, §. Et quamvis.

Legatum verò legitimè esse legatum quantitatis DD. non dubitarunt; quia Testator ita legando censetur \* relinquere illam quotam, seu quantitatem, quæ potest exigi ratione legitimæ, quamvis illius denominatio sit nomen juris universalis, juxta doctrinam Salicet. in l. 2, n. 27, in fin. vers. & idè illa verba, C. de noxal. ubi declarando verba illa, C. quibus utimur pro definitione legitimæ, quod sit quarta ejus quod habiturus esset ab intestato, asserit esse apposita ratione quotæ demonstrandæ, non respectu exigendæ, vel non exigendæ, Soccin. sen. conf. 150, n. 28, post med. vers. postremò etiam dici potest lib. 1, Pacian. conf. 4 n. 6. Rota in Romana hereditatis de Fabii 19 Junii 1643, coram R. P. D. meo Bichio, §. qui est casus noster, & 13 Junii 1646, coram Emin. D. meo Cardinali Othobono, §. circa primum. Idè quæ est quod quantitas exprimitur per nomina numeralia, vel per nomina quantitati-va, quando certa est à parte rei existentia bonorum, ex adductis in Romana fideicommissi de spiritibus 14 Junii 1645, coram R. P. D. meo Cerro, §. final. in fin. & in prima decif. cause, §. nos versamur.

Neque contrarium dicunt \* idem Salicet. in leg. 10 quoniam. Novell. sub n. 7, vers. & nihilominus, C. de inoffic. testam. & Merl. eam referens de legat. lib. 2, tit. 2, §. 8, n. 8, & 11, quatenus asserunt, quod Pater legans filiæ legitimam, videtur legare quicquid exigere posset, ratione legitimæ.

Quia non idè sequitur, quod non fit legata quantitas pro legitima debita, ut responsum fuit in secunda decifione, §. non obstat Salicet.

Minus applicator exemplum de legato integræ dotis à marito uxori relicto, \* in quo actio duntaxat ad exactam comprehensa censetur, per text. in l. §. aded, ff. de dot. prælegat. Surd. decif. 142, per tot. cum aliis allegatis per informantes.

Quia auctoritates adductæ loquuntur in dote promissa, non autem soluta, \* sicque non ab ipso Testatore, sed à tertio debita, pro qua, cum sola actio eidem Testatori competeret, eandem soluto legasse videtur, ut declarant Craff. in d. §. legatum, §. 59, n. 4, & alii relati in prima decifione, §. & quamvis, vers. sicut etiam, & melius Surd. d. decif. 142, n. 3, & 4, qui non est casus noster.

Cæterum quod Testator, legando matri, noluerit debitum agnoscere, sed liberalitatem exercere, convincunt conjecturæ in prima decifione relatæ §. nec tamen probatur, cum seqq. quæ Dominis urgentissimæ visæ fuerunt.

Potissimum verò quod matri, licet binubæ, legitimatum proprietate reliquit, \* a quam ex juris dispositione non tenebatur, ut specie tradit Gabr. conf. 132, §. 2, sub n. 15, vers. 2, aliter lib. 1.

Quodque supervivendo, & prægnante adhuc uxore voluntatem non mutavit, \* cum qua proinde decessisse præsumitur, licet filii supervenerint, ut aliis relatis, dixit Rota in Foro Sempronien. bonorum 23 Junii 1651 coram R. P. D. meo Bichio, §. affirmativè in sine.